



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

LXXIV. Iacobo Cleinhansio Reutaeo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Quisquis opes, & virtutem lance aestimat vna:
Vna, videt, virtus quod opes præponderat omnes!
Sic quò quisque animo est viciosior: ima requirens,
Fortunam cælo locat: & ceu numen adorat,
Propter opes. at quò sapientior ille: subinde
Contemptis opibus, virtutem quærit amicam:
Fortuna securus, & omni ditior auro.

LXXIV.

Iacobo Cleinhanfio

Reutæo.

Et fastus pater est, & cura filius aurum:
Si quis habet, metuit: sin minus, ipse dolet.

LXXV.

In Ioan. Baptistæ Hainzelij

Patr. & Septemviri Augustani obitum

LACRYMÆ.

Ad Fratres Hainzelios.

Luxit, at eluxit nondum gens tristia fata
Que Patru: luget nunc quoque fata Patris.
O dolor! ô lacrymæ! iam spes simul occidit omnis:
Mors, iam vita, nec est iam sibi vita magis.
Omnia sunt genti pariter mors tristis, & vrbi:
Eunus in hoc vno funere tota fuit.
At modò quis viduae sanctas reget vrbis habenas?
Aut quis opem miseris, consiliumque dabit?

C 2 Cernis,